

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis Ad Natalitia Christi, In Templo Academico Solenniter Celebranda, Illustrissimos Dnn. Comites, Utriusque Reipubl. Procures ...

Universität Leipzig

Lipsiae, [1712?]

VD18 90816668

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:ha33-1-200492](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:ha33-1-200492)



1. Progr. Cipp. natal. it. len.
2. Progr. Lipp. pulch. it. len. it. Erfurt.
3. — — Pentec. it. Witt.
4. Hardthura Helmst.
5. Hebreæ de æra nativ. Christi
6. Bel Hist. lingua Ungar.
7. Reimnitz Postscriptum



61. C. 2

61 C 2

6. 7

RECTOR
ACADEMIÆ LIPSIENSIS
AD
NATALITIA
CHRISTI,
IN
TEMPLO ACADEMICO
SOLENNITER CELEBRANDA,
ILLUSTRISSIMOS DNN. COMITES,
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES
ET
ACADEMIÆ CIVES
PERAMANTER INVITAT.

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIAENSIS
AD
NATALITIA
CHRISTI
IN
TEMPO ACADEMICO
SOLENNITER CELEBRANDA
ILLUSTRISSIMOS DNI. COMITES
LITTERARUM REIPUBLIC. PROCURERES
ET
ACADEMIE-CURAS
PRAESIDENTES INVITAT



Omnia, quæ in Veteri, a DEO, & postea in Novo Testamento solennia olim instituta legimus festa, eorum duplex causa erat: Una, ut singularium populo suo exhibitum memoria beneficiorum recolere-
tar; altera, ut ipsi Summo Numini, E-
vergetæ Maximo debitæ persolverentur grates. Atque
hujus gratia, in antiqua Christiana Ecclesia festum NATA-
LITIUM CHRISTI quoque magna consensione cele-
brari cœpit. Nam etsi inter festa Christianorum, quæ
majora vocantur ab *Augustino*, cum ad Januarium de iis *Epist. cxi. x*
scriberet, hoc commemoratum non legatur; tantum enim
is ferias Quadragesimæ, Paschatis, Ascensionis Domini,
& Pentecostes recenset: *Gregorii* tamen *Nazianzeni*, The-
ologi, qui seculo a nato Christo IV. ante Augustinum flo-
ruit, oratio in *Natalem Domini*, quæ τὰ γενέθλια τῆ Σω-
τῆρος inscribitur, nos minime dubitare sinit; id in Græca
seu orientali ecclesia celebre jam atque solenne fuisse. *Jo-*
hannes Chrysostomus, Cyprianus Archiepiscopus etiam in
homilia, εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τῆ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ
luculentus itidem hujus rei testis est; quippe in qua simul
demonstrat, NATALEM DOMINI in XXV. diem
Decembris incidisse. Quem diem etiam latina seu oc-
cidentalibus Ecclesiis, ad nostra usque tempora constanter
obser-

Homilia e-
jus a Petro
Paulino Ti-
lectano Ant-
werpiæ ann.
MDCIX, se-
orsum edita
prostat.

observavit. Et quid? si genuinae essent *Constitutiones Apostolicae*, quae sub *Clementis* nomine circumferuntur, Festi hujus auctores ipsos Apostolos fuisse, credendum foret. Ita enim ibi scribitur: *Dies festos custodite, fratres, imprimis diem natalem, qui celebretur a Vobis XXV. noni mensis: Post quam Epiphania dies sit vobis in maximo honore, quo die DOMINUS propriam divinitatem ostendit.*

I. V. c. 13.

Luc. II, 9.
seq.

I. Timoth.
c. III, 16.
Rom. XVI,
25.

Certi ergo de festi hujus antiquitate, nostri officii esse arbitramur; ut christianae pietatis memores, id in gloriam Salvatoris nostri, cum gaudio, sed spirituali rite celebremus. Ipsi Angeli nobis exemplo, hac in parte praeiverunt, Luca Evangelista commemorante. Hos imitari certe veros Christianos addecer. Audiamus ipsum coelestem nuncium, (quem Gabrielem fuisse, verisimile est,) primum Evangelii hujus praconem, pastores in regione Bethlehemitica excubantes super gregem suum, nilque tale sperantes alloquentem & ad gaudium hoc spirituale eos excitantem. *Angelus* (inquit Evangelista) *Domini repente supervenit*, aut, juxta ipsos (pastores) *ἀπῆλθεν αὐτοῖς*, ac gloria Domini circumfulsit illos. Haec gloria fuit lucis splendor, quo Angeli lucis coruscant ex Creatoris gratia, quando fidelibus, jussu DOMINI sui adparuerunt. Subito hoc fulgore pastores quidem primum territi fuerunt; at latissimum audientes nuncium gavisi sunt; mox divulgantes *χαρὰν μεγάλην* ipsis annunciatam; quae non tantum ad Judaeos, sed ad omnes gentes spectaret. Causam hujus gaudii ipse quoque notanter exprimit Angelus: *idē* (inquit) hoc est, *attendite*, mysterium omnium maximum, quod a temporibus saeculorum tacitum fuit, vobis patefacio. Ecquod vero illud est? *Natus est Vobis hodie Salvator, qui est Christus, Dominus*

in

in urbe David. In quo tria illustria maxime epitheta,
 de recens-nato Immanuele continentur; quorum *unum*
 ejus divinitatem, *alterum* ejusdem divinam unctionem,
 mysterio plenam innuit; *tertium*, officium τῆς Σωτῆρος &
 Mediatoris DEUM inter & homines notat. Hæc
 Summa Evangelii de nato Christo est, de quo divini Va-
 res in V. T. prædixerant; Evangelistæ vero ac Apostoli,
 imo ipse Christus, maximus Propheta & Doctor orbis, in
 N. T. Judæos primum, dein gentes omnes de eo amplius
 ad salutem æternam consequendam, luculenter erudie-
 runt. Amplissimus heic nobis campus de divino hoc Evan-
 gelio paucis quidem verbis concepto, sed sensu divi-
 no refertissimo differendi aperitur. Verum quia
 Patres Græci, Latinique non tantum, sed nostri etiam do-
 ctiores evangelici multis jam commentariis, spirituque
 plenis homiliis, id abunde explicuerunt & dilu-
 cidarunt; prolixa heic commentatione aut medita-
 tione supersedere possumus: præsertim cum doctis
 Christianis, quibus hæc non ignota sunt, certe nota
 esse debent, loquimur. Gaudii tamen Spiritualis caus-
 sas, chorus seu multitudo exercituum cœlestium, apud
 Lucam aperte produnt; lætabundi quippe Angelo Ga-
 brieli velut succincentes, hymnum intonare novum:
Gloria in altissimis DEO, & in terra pax, & in ho-
minibus (vel in homines) benevolentia, seu propensa
 in omnes mortales infinita atque gratuita benignissi-
 ma DEI voluntas. Singula sane hymni hujus angelici
 verba veris Christophilis gaudium, sed spirituale sug-
 gerunt, horumque animos, si Christum vere norunt,
 sancta lætitia perfundere possunt. Nam salutifera DEI
 gratia, quam Apostolus postea prædicavit, in iis latet; Tic. III, 16
 imo patefacta est. *Gloriam DEI in altissimis* seu in 12.
cœ-

coelis, Angelorum chorus primum celebrat, quæ in
 incarnatione Filii DEI unigeniti maxime manifestata fu-
 it. *2. Petr. I, 12.* Est vero illa gratiæ, sapientiæ, misericordiæ at-
 que iustitiæ divinæ gloria, quam ob summum myste-
 rium Angeli desiderarunt (*παράνυσαι*) *introspicere*, &
 jam *παράνυσαντες*, in laudes eruperunt divinas.
 CHRISTUS enim thronus gratiæ non amplius ve-
 latus, ut in V. T. sed manifestatus & ad accessum o-
 mnibus propositus est. Tanti vero hoc mysterium
 est res momenti; ut & Angeli id cupiant videre & gau-
 dere præsentis. Quod non pugnat cum felicitate an-
 gelica, ut quæ aliquo desiderabili bono frustrari, for-
 te videri queat. At mysteria evangelica, quorum
ἐνσάρκωσις Filii DEI maximum est, nunquam sic
 clare revelata sunt; ut non multa adhuc plura ma-
 neant recondita. Eorum quidem beata eoptia
 in N. T. iis contigit, quæ in V. T. typis involuta,
 arcanis obsignata erat; nondum tamen penitissime
 clarissimeque omnia patent, multa nec visioni beati-
 ficæ patebunt: Cum ad felicitatem angelicam non per-
 tineant, quæ sunt supra intellectus creati sphaeram. Ut
 hinc colligere liceat, quo oculo ad hoc mysterium
 contemplandum Spiritus illi cœlestes venerint; ocu-
 lo nempe ut claro, defixo & acuto in ea, quæ pa-
 tent; cupido vero in ea, quæ latent; religioso tamen
 ac humili simul in DOMINO latati sunt. Quod
 DEUS in cœlo, miseris terricolis demirando modo
 reconciliatus sit. Ita Angelos super salute hominum
 gaudere videmus, ac si sua foret felicitas ipsorum pro-
 pria. Quid ergo nobis, quibus hæc felicitas parta
 est, potius conveniat? quam gloriam divinæ sapien-
 tiæ, misericordiæ, iustitiæ & veritatis, quæ *ἐν ἐσχατώ*

24 *σς* Filii DE I unigeniti præcipue eluxit , prædicare & laudare hymnis ? quod DE U S promissionem de Messia, pacis principe ac Redemptore orbis dando , patribus olim factam adimpleverit , eoque misericordiæ & justitiæ suæ demirandum temperamentum patefecerit , paceque per CHRISTUM acquisita , nos exhilarare voluerit. Hac enim pace salutifera, DE O reconciliati sumus , cujus autor est IMMANUEL, Eph. II, 24. Hæc omnem captum humanum exsuperat Philipp. Cap. IV, 7. DEUS erat in CHRISTO mundum reconcilians sibi , non imputando eis offensas ipsorum , posuitque in nobis verbum reconciliationis , 2. Cor. V, 19. Ideo S. Apostolus in omnibus epistolis suis pacem hanc , deprædicat , atque ut maximum fidelium animarum bonum , fidelibus subinde adprecatur. Cujus fructus sunt justificatio , adoptio in filios DE I , & tandem hæreditas æterna in cælo expectanda. Hac de causa Angeli *ἄγγελοι ἐν ἀνθρώποις* , seu propensissimam DE I voluntatem erga mortales , in laudato hymno evangelico decantarunt. Nam ante tempora , seu jactum mundi fundamentum , mundum in Filio suo ita dilexit ; ut non tantum nasci eum nobis , sed etiam pro nobis omnibus mori ipsum voluerit , Eph. C. I, 4. seqq. O si omnes , qui CHRISTI nomen profitentur , hanc abundantiam divini amoris in CHRISTO demonstratam recte noscerent , devotaque mente semper expenderent ; non in vanis caducisque hujus mundi bonis delicias suas quaererent atque letarentur. Certe purius longe , constantius atque solidius gaudium est Spirituale , quod fideles V. T. omnes desiderarunt atque ex parte senserunt ; Angeli vero nobis in die natalitio IMMANUELIS nostri

nostri praesentes annunciarunt, ut ejusdem participes
facti cum ipsis laetaremur in D O M I N O salutis no-
strae. Hoc vero non nisi mentes Spiritus S. gratia,
illuminatae, cum sanctis D E I hominibus aestimare & de-
cantare amant, ut eorum exempla passim docent: Ps.
IX, 3. XIII, 6. XIV, 7. Luc. II, 47. Psalm.
LXVIII, 4. 5. & XCVII, 12. Cessent ergo nunc profana
carnis gaudia, quibus maxima pars hominum, in sacris fe-
stis plurimum indulgere solet. Nobis vero nefas sit, in
improbiorum gaudii societatem venire, sanctissimumque
hoc festum profanare, D E I que & Salvatoris nostri obli-
visci. Copiosius haec tanta D E I bona, cras D E O volen-
te, finitis matutinis sacris, eximius Vir Juvenis M.
CHRISTIANUS SIGISMUNDUS LIE-
BE, *Frauensteinensis Misnicus*, docta oratione expo-
net, de *divino pacis per CHRISTUM parte munere*,
ex umbone sacro diserte verba facturus. Quapropter
VOS, COMITES ILLUSTRISSIMI,
utriusque Reip. PROCERES AMPLISSIMI,
Vosque C I V E S N O S T R I, peramanter rogamus,
ut in Templo nostro Academico, more hactenus con-
sueto, oratorem nostrum benevole auscultare, DEUM-
que pro tantis bonis atque beneficiis collatis, nobiscum
devote celebrare atque gloriam ipsi soli dare dignemini.
P. P. Lipsiae d. XXIV. Decembr. A. Salutis
reparatae MDCCXII.

L I P S I A E,
Literis BRANDENBURGERIANIS.

61 C 2

10-18

